Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

autem magni domini domum. potest designari ecclesia xpisti. uniuersum diffusa per orbem. inqua sunt uasa aurea. hominum uidelicet corda. intellectu spirituali repleta. & uel auro obrizo. uariis uirtutibus rutilantia. Sunt & argentea. nitore eloquentiae clara. & officio predicationis perlucida. Sunt & lignea. superba. scilicet stulta. & insensibilia corda. Sunt & fictilia. fragilia quoq; & terrena. deterra sumpta. & terrenis actibus dedita. Sed aurea & argentea. in hac magna xpisti ecclesia honore sunt digna. Qui enim aut apostolus bene ministrauerint. duplici honore digni habeantur: Lignea autem & fictilia merito sunt incontumeliam. quia mentem habentes stultam. atq; superbam. domini sui uista non custodierunt precepta. Dixit sancta simplicitate: Quia oportet nos perdiscretionem animas gubernare. & in congregatione manentes. non que nostra sunt querere. neq; seruire propriae uoluntati. s; secundum fidem patri spirituali obedire. Dixit quidam senex. Hum quam desiderau opus quod michi utile eet. & fratri meo dispendium faceret. Huiusmodi habens spem. qua lucrum fris mei. opus fructificationis est michi.

Vt nobis alterutrū culpe dimittamus querelam. Lxvi

DOMINVS IHEVANGELIO AIT. SI OFFERS munus tuum ante altare. & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te. relinque ibi munus tu[illegible]um ante altare. & uade prius reconciliari fratri tuo. & tunc ueniens offeres munus tuū. Hoc preceptum quamuis ustorialiter sit tenendum. spirituali tamen semper a nobis est complendum. Spiritualiter autem templum nostrum interior homo noster est. altare fides nostra est. munus prophetica doctrina. oratio. ymnus & psalmus est. Quod si presens fuerit frater qui aliquid habet aduersum nos. poterimus eum non simulato. sed sincero animo tenere. atq; ad gratiam ueniam postulando reuocare. si tamen hoc coram deo non pigro motu corporis. sed celerrimo dilectionis affectu fecerimus. De hoc capitulo sic paulus apostolus ait. Supportantes inuicem & donantes uobis metipsis. siquis aduersus aliquem habet querelam. sicut & deus donauit uobis. Hortatur autem nos apls. ut simus supportantes inuicem. idē ut mores. actus. nostrosq; sermones patienter pro xpo. & omnia onera nostra portemus inuicem pro amore fraterno. quia qui fratrem sicut semetipsum diligit. patienter pro illo omnia portat & sustinet. Donantes uobis metipsis. siquis aduersus aliquem habet querelam. Habet enim aliquis aduersus alterum querelam. quando eū quis ledit. etiam sine causa. ac si diceret. Sicut & deus donauit uobis. ita & uos. Sic & deus donauit uobis omnia peccata. p lacri baptismatis undam. ita & uos ñ